Bialkowski quietat Fredro

Coram officio et actis praesentibus castrensibus Premisliensibus personaliter constitutus Nobilis Thomas Bialkowski de Pallatinatu Cracoviensi et districtu Bieckowiensi, Actis Pallatinalibus, districtibus universis quibuscunque ac propriis fororumque suorum quorumvis competentiis recedendo, generaliter cum successoribus et bonis suis omnibus ubivis habitis quoad hunc actum jurisdictioni praesenti castrensi Premisliensi incorporando, sanus mente et corpore existens publice per expressumque recognovit, quia a Nobili Georgio Fredro de Plesowice, Tribuno Samboriensi, recepit et manualiter levavit summam septem [illegible] florenorum pecuniae modo quocunque [illegible] et res omnes mobiles quovis nomine et praedicamento vocitatas morte olim Nobilis Joannis Bialkowski fratris sui germani nuper de hac luce steriliter decessi genitoris eiusque Tribuni Samboriensis super ipsum Thomam ac alios fratres et sorores suos germanos iure divino et naturali devolutas. Ratione cuius tam eiusdem summae quam rerum mobilium praeexpressarum levationis et receptionis praedictum Generosum Tribunum Samboriensem de summa rebusque praedictis levatis quietat et liberum facit perpetue, sibi fratribus sororibusque suis praedictis ac successoribus suis ratione praemissorum hac sua personali recognitione mediante perpetuum imponit silentium. Nihilominus idem Thomas Bialkowski se successores suos super bonis suis omnibus mobilibus et immobilibus ubivis habitis et habendis inscribit et obligat, praedictum Generosum Georgium Fredro Tribunum Samboriensem et successores eius occasione summae eiusque ac rerum praedictarum mobilium per ipsum levatarum ab omni quavis impetitione [illegible] quarumvis personarum sexus utriusque existentium et praecipue a fratribus et sororibus germanis olim praeexpressi Joannis Bialkowski successoribusque eorum tam quoad ipse Tribunus vel posteri eius ratione praemissorum a quapiam hominum sexus utriusque et praecipue a fratribus et sororibus iure et non iure impetiti fuerint, tueri, eximere, omnesque petitiones in se successoresque suos ultimos bonaque sua omnia ubivis habita assumere sub vadio decem marcarum pecuniae monetae communis Polonicae in defectu complectionis praemissorum ipso facto in bonis praedicti Thome repetendo et ad solutionem succumbendo. Praeterea hanc praesentem inscriptionem ex actis praesentibus ad acta quaecunque [illegible] in hac verborum forma ante decursum anni transferre et transportare idem Thomas Bialkowski se successores suos super bonis suis omnibus ubivis habitis inscribit sub simili vadio decem marcarum pecuniae monetae polonicae. Pro quibus vadio vadiisque succumbet dictus Thomas Bialkowski cum successoribus suis per dictum Tribunum Samboriensem vel successores eius ad officium castrensem Premisliensem [illegible] recedendo Actis Pallatinalibus, districtibus universis quibuscunque ac propriis coram officio praesenti castrensi Premisliensi cum se dum citabitur vel successores citabuntur. Contra praesentes

respective cum bonis omnibus et successoribus quo ad respondendum omni iurisdictioni praesenti [illegible] satisfaciendum subiicit, in primo uti peremptorio [illegible] termino stare parere respondere ac pro vadio vadiisque ab officio non recedendo re ipsa satisfacere liberi et successores tenebuntur. Terminum ipsum primum peremptorium et alios subsequentes [illegible] nullare excogitata nec colore excogitato vera vel simplici infirmitatibus, bello, expeditione bellica [illegible], evocatione de terra et districtu, interregno, ac ligalibus quibusvis impedimentis differendo. Ad quietem mortificationemque praesentis inscriptionis ad leviorem [illegible] et pro maiori dilatione non recipiendo, [illegible] ac marcarum et tripliciter poena vadium et vadia [illegible] non evadendo, motionibus, appellationibus, [illegible] prosecutionibus, exceptionibus, suspensionibus, [illegible] ac dilationibus universis iuris et remediis se cum successoribus suis abrenunciando sui et suorum successorum subsummissione totius causae. Nulla [illegible] iuris obstante.

Ex copia

Skoruczina arendat Castellano Halicien.

Coram officio et actis praesentibus castrensibus Premisliensibus personaliter stans Generosa Elizabeth de [illegible] olim Generosi Ludovici Skoruta consors relicta vidua, bonorum omnium morte praedicti Generosi Ludovici Skoruta devolutorum vigore iurium suorum reformationis et advitalitatis ab ipso olim marito suo habitorum actis quibuscunque inscriptorum possessor et tenutrix, Actis Pallatinalibus, districtibus universis quibuscunque propriis fororumque suorum quovis competentiis recedendo, iurisdictioni vero praesenti castrensi Premisliensi se una cum successoribus et bonis suis omnibus ubi et quocunque habitis et possessis quo ad actum et effectum totius inscriptionis praesentis incorporando, et [illegible] sana mente et corpore existens suo et Generosorum Andreae, Gasparis, et Ludovici Skorutow filiorum suorum cum olim praedicto Generoso Ludovico Skoruta procreatorum pro quorum ratihabitione cavet et se cum successoribus suis super bonis suis omnibus inscribit, nominibus publice per expressumque recognovit quia bona sua paterna sua et praefatorum filiorum suorum [illegible] oppidum [illegible] una cum villis omnibus ad praedictum oppidum ex antiquo pertinentibus necnon cum praediis ibidem existentibus in Pallatinatu Russiae, terra et districtu Haliciensi consistentibus per Magnificum Joannem [illegible] Castellanum Haliciensem una cum aliis bonis suis omnibus olim [illegible] Ludovico Skoruta marito ipsius in summa quatuordecim millium florenorum pecuniae actis quibuscunque obligatis et inscriptis quorum bonorum possessionem una cum eisdem filiis suis praedicta apprehendit cum omni iure dominio et proprietate omnibusque praedictorum bonorum [illegible] attinentiis pertinentiis fructibus proventibus, [illegible] universis utilitatibus nullis exceptis nec pro se ac filiis suis praedictis reservando, ita prout ipsa [illegible] bona eadem praeexpressa post mortem et decessum mariti sui una cum eisdem filiis suis possedit et [illegible] est praedicta apprehendit, eamque et filios eius post mortem mariti ipsius spectat et vigore iurium illius concernunt [illegible] Magnifico Joanni [illegible] Castellano Haliciensi et successoribus eius [illegible] ad festum Sancti [illegible] proxime venturum in [illegible] futuro proxima certa pecunia